

PARTE 1^ LA CONVERSIONE

(Fonte principale: ATTI AP., dai capp. VI e IX)

0.13-036 1.13-1.29 1.57-2,17 2,31-2,33

serie di icone....

5,05- luoghi del viaggio e icone 6,21-

(dal viaggio)

21,42-27,00 circa: Stefano..... bello

Stephanus autem plenus gratia et fortitudine, faciebat prodigia et signa magna in populo.

Surrexerunt autem quidam de synagoga disputantes cum Stephano; et non poterant resistere sapientiae et spiritui quo (qui) loquebatur.

Stridebant dentibus in eum exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas et impetum fecerunt unanimiter in eum.

Et eicientes eum extra civitatem lapidabant.

Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus

Et lapidabant Stephanum invocantem et dicentem “Domine Iesu suscipe spiritum meum”

Domine, ne statuas illis hoc peccatum.

Et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino.

Saulus autem erat consentiens neci (necis?) eius.

Facta est autem in illa die persecutio magna in ecclesiam quae erat Ierosolimis. Saulus autem devastabat Ecclesiam; adhuc spirans minarum et caedis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, et petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: ut si quos invenisset huius viae viros ac mulieres, victos perduceret in Ierusalem.

- Saule, Saule, quid me persequeris?-

“Quis es, Domine?”

- Ego sum Iesus, quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrare -.

“Domine, quid me vis facere ?”

- Surge, et ingredere civitatem, et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere - .

- Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israel. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati .

Posui te in lucem, lucem gentium ut sis in salutem gentium usque ad extremum terrae.

(fine prima parte)

revisione e traduzione: Marina Valmaggi

Stefano intanto, pieno di grazia e di forza, faceva grandi prodigi e miracoli tra il popolo. Sorsero allora alcuni della sinagoga a disputare con Stefano, e non riuscivano a resistere alla sapienza ispirata con cui egli parlava.

Digrignavano i denti contro di lui e gridando a gran voce si turavano le orecchie; poi si scagliarono tutti insieme contro di lui. E trascinatolo fuori dalla città lo lapidarono. E i testimoni deponavano i mantelli ai piedi di un giovane chiamato Saulo.

E così lapidavano Stefano che pregava e diceva:

“Signore Gesù, accogli il mio spirito”;

“Signore, non imputare loro questo peccato”.

Detto questo, si addormentò nel Signore.

Saulo era tra coloro che approvarono la sua uccisione.

In quel giorno ci fu una grande persecuzione contro la Chiesa che era in Gerusalemme.

Saulo intanto infuriava contro la Chiesa; continuando a fare minacce e uccisioni contro i discepoli del Signore, si presentò al sommo sacerdote e gli chiese lettere per le sinagoghe di Damasco, perché, se avesse trovato uomini e donne di quella religione, li conducesse in catene a Gerusalemme.

- Saulo, Saulo, perché mi perseguiti?-

- “Chi sei, Signore?”

- -Io sono Gesù, che tu perseguiti; ma non ti sarà facile recalcitrare contro il pungolo...-

- “Signore, che cosa vuoi che io faccia?”

- - Alzati ed entra in città: là ti sarà detto cosa dovrai fare.-

- - Egli è per me lo strumento eletto per portare il mio nome davanti alle genti, davanti ai re e ai figli di Israele. E io gli mostrerò quanto dovrà soffrire per il mio nome.-

- Io ti ho posto come luce per le genti, perché tu porti la salvezza sino all'estremità della terra -.

PARTE 2^ L'APOSTOLATO

(Fonte principale: I Cor., 9; salmo 117)

“Necessitas mihi incumbit: vae sit mihi, si non evangelizavero. Charitas Christi urget nos.”

Transeuntes autem Pisidia et varias regiones, venerunt Troadem.

Et visio per noctem Paulo ostensa est: vir Macedo quidam erat stans, et deprecans eum et dicens: “Transiens in Macedoniam, adiuva nos”.

Venerunt inde Filippus, que est prima partis Macedoniae civitas. Cucurrit plebs adversus eos, et magistratus scissis tunicis eorum iusserunt eos virgis coedi. Et cum multas plagas imposuissent, miserunt eos in carcerem, praecipientes custodi ut diligenter custodiret eos.

Media autem nocte Paulus et Silas orantes laudabant Deum: *Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum et laudabilis et gloriosus in saecula.*

Benedictus super thronum sanctum regni tui. Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum et super undas maris.

Subito vero terraemotus factus est magnus, ita ut moverentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia et universorum vincula soluta sunt.

Expergefactus autem custos carceris et videns ianuas apertas carceris, evaginato gladio volebat se interficere aestimans fugisse vinctos.

Clamavit autem Paulus magna voce dicens “Nihil feceris tibi mali, universi enim hic sumus.” Petitoque lumine introgressus est et tremefactus procidit Paulo et Silae et producens eos foras ait “Domini, quid me oportet facere ut salvus fiam?” at illi dixerunt: “Crede in Domino Iesu et salvus eris tu et domus tua. “

“Haec Dies quam fecit Dominus: exultemus et laetemur in ea.”

Cum autem perambulassent Amphipolim, Apolloniam, Thessalonicam, pervenit Athenas et Corintum.

“È un dovere per me: guai a me, se non predicassi il Vangelo. La carità di Cristo ci spinge”.

Passando poi in Pisidia e per varie regioni, arrivarono nell'Asia Minore. E nella notte a Paolo apparve una visione: gli stava davanti un macedone e lo supplicava dicendo: “Passa in Macedonia e aiutaci”. Andarono dunque a Filippi, città del primo distretto della Macedonia. La folla allora insorse contro di loro mentre i magistrati, strappate loro le vesti, comandarono che fossero fustigati. E dopo aver loro inflitto molte piaghe li gettarono in prigione, ordinando al carceriere di fare buona guardia.

A metà della notte, Paolo e Silas stavano lodando Dio in preghiera: *“Benedetto sei Tu, o Signore Dio dei nostri padri, degno di lode e glorioso nei secoli. Benedetto sul trono santo del tuo regno. Benedetto sei tu che cammini sulle ali dei venti e sulle onde del mare.”*

Improvvisamente ci fu un terremoto così forte, che le fondamenta del carcere furono scosse. E immediatamente tutte le porte si aprirono e le catene di tutti si spezzarono. Il carceriere, destatosi, vedendo spalancate le porte del carcere, sguainata la spada voleva uccidersi, pensando che i prigionieri fossero fuggiti. Paolo però gridò a lui a gran voce dicendo: “Non farti del male, perché siamo tutti qui”; e quegli, preso un lume, si avvicinò tremando a Paolo e Sila, e condottili fuori disse: “Signori, cosa devo fare per essere salvo?” Essi allora dissero: “Credi nel Signore Gesù, e sarai salvo tu e la tua famiglia”.

“Questo è il giorno che ha fatto il Signore: esultiamo e rallegriamoci !”

Andati poi a piedi ad Amfipoli, Apollonia e Tessalonica, giunse ad Atene e Corinto.

“Si linguis hominum loquar et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans aut cymbalum tinniens.

Et si habuero prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam: et si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum

Charitas patiens est, benigna est: charitas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem, congaudet autem charitati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

Ubi charitas et amor, Deus ibi est.

**Congregavit nos in unum Christi amor
Exultemus, et in ipso iucundemur.
Timeamus, et amemus Deum vivum.
Et ex corde diligamus nos sincero.**

Ubi caritas et amor, Deus ibi est.

**Cessent iurgia maligna, cessent lites
et in medio nostri sit Christus Deus.**

Ubi caritas et amor, Deus ibi est.

**Simul quoque cum beatis videamus,
Glorianter vultum tuum, Christe Deus.
Quod gaudium est immensum et
probum:
Saecula per infinita saeculorum.
Amen.**

“Se io parlassi le lingue degli uomini e degli angeli, ma non avessi la carità, sarei come un bronzo che risuona o un cembalo squillante. E se avessi il dono della profezia, e conoscessi tutti i misteri, e ogni scienza; e se avessi tanta fede da spostare le montagne, se però non avessi la carità, sarei nulla.

La carità è paziente, è benigna; non è invidiosa la carità, non si vanta, non si gonfia, non è ambiziosa; non cerca il suo interesse, non si adira, non pensa male, non gode dell'ingiustizia, ma si compiace della carità. Tutto sopporta, tutto crede, tutto spera, tutto sostiene.

Dove c'è carità e amore, c'è Dio.

Ci ha radunati in unità l'amore di Cristo, esultiamo e in Lui gioiamo.
Temiamo e amiamo il Dio vivente e amiamoci con cuore sincero.

Dove c'è carità e amore, c'è Dio.

Cessino le malvagità, cessino le liti e in mezzo a noi sia Cristo Dio.

Dove c'è carità e amore, c'è Dio.

Fa' che allora possiamo vedere, con i beati,
il tuo volto glorioso, Cristo Dio,
gioia immensa e dolce
per i secoli dei secoli. Amen

PARTE 3^A IL MARTIRIO

(fonte principale: Atti, 21,27)

Judaei, cum vidissent Paulum in templo Jerusalem, concitaverunt omnem populum et iniecerunt ei manus clamantes: “Viri Israelitae, adiuuate! Adiuuate!”
Commotaque civitas tota, et facta est concursio populi. Et apprehendentes Paulum trahebant extra templum et multitudo populi clamabat:”Tolle, tolle eum de terra huiusmodi: non enim fas est eum vivere”. Vociferantibus autem Judaeis, iussit tribunus induci eum in castra et flagellis caedi et torqueri eum. Et cum astrinxissent eum loris, dicit astanti sibi Centurioni: “Hominem Romanum et indemnatum licet vobis flagellare?”
Protinus ergo discesserunt ab illo, qui eum torturi erant. Sequenti autem nocte assistens Paulo Dominus ait: “Constans esto; sicut enim testificatus es de me in Jerusalem, sic te oportet et Romae testificari.” Tribunus igitur, timens ne forte raperent eum Judaei et occiderent, iussit milites ut Paulum salvum perducerent usque Caesaream ad Felicem praesidem. Post quinque autem dies descendit Caesaream princeps sacerdotum, cum senioribus quibusdam et Tertullo quodam oratore; qui audierunt praesidem adversus Paulum. Et citato Paulo coepit accusare Tertullus dicens: “Invenimus hunc hominem pestiferum, et concitantem seditiones omnibus Judaeis in universo mundo; quem apprehensum volumus secundum legem nostram iudicare. Superveniens autem tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris, iubens accusatores eius ad te venire.”
Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Portium Festum; volens autem gratiam praestare Judaeis, Felix reliquit Paulum vinctum. Quodam die Festus sedit pro tribunali et iussit Paulum adduci. Qui cum perductus esset, circumsteterunt eum qui ab Jerosolima descenderant Judeorum multas et graves causas obicientes, quas non poterant probare, Paulo rationem reddente:”Quoniam neque in legem Judaeorum neque in templum neque in Caesarem quidquam peccavi”.

I Giudei, vistolo nel tempio di Gerusalemme, aizzarono tutta la folla e misero le mani su di lui gridando: “Uomini d’Israele, aiuto!”
Messa in subbuglio tutta la città, il popolo accorse da ogni parte. Impadronitisi di Paolo, lo trascinarono fuori del tempio, mentre la moltitudine gridava: “A morte! A morte! Non merita di vivere”!

Mentre i Giudei gridavano, il tribuno ordinò di arrestarlo, fustigarlo e torturarlo. E quando l’ebbero legato con le cinghie, (Paolo) disse al centurione che gli stava davanti:”Potete voi flagellare un cittadino romano che non è ancora stato giudicato?”

Allora subito si allontanarono da lui quelli che dovevano torturarlo. La notte seguente gli venne accanto il Signore e gli disse:

“Coraggio! Come hai testimoniato per me a Gerusalemme, così è necessario che tu mi renda testimonianza anche a Roma”.

Allora il tribuno, nel timore che i Giudei giungessero a rapirlo e ucciderlo, comandò ai soldati di portare Paolo in salvo a Cesarea dal governatore Felice. E dopo cinque giorni giunse a Cesarea il sommo sacerdote insieme ad alcuni anziani ed a un avvocato di nome Tertullo, e si presentarono al governatore per accusare Paolo. E fatto venire Paolo, Tertullo cominciò ad accusarlo dicendo: “ Abbiamo scoperto che quest’uomo è una peste e fomenta continue rivolte fra tutti i giudei che sono nel mondo. Dopo averlo catturato, abbiamo deciso di giudicarlo secondo la nostra legge. Ma il tribuno Lisia, appena arrivato, con la violenza l’ha strappato dalle nostre mani, ordinando che i suoi accusatori si presentassero davanti a te”.

Trascorsi due anni, Felice ebbe come successore Porzio Festo; ma Felice, volendo compiacere i Giudei, lasciò Paolo in prigione. Un giorno Festo, sedendo in tribunale, ordinò che gli si conducesse Paolo. Appena giunto, lo circondarono i Giudei che erano venuti da Gerusalemme, imputandogli numerose e gravi colpe, senza però riuscire a provarle, mentre Paolo si difendeva: “Infatti non ho commesso alcuna colpa né contro la legge dei Giudei, né contro il tempio, né contro Cesare”.

“Vis Ierosoliman ascendere et ibi de hac iudicari apud me?” “Ad tribunal Caesaris sto, ibi me oportet iudicari. Judaeis non nocui; si enim nocui aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori; si vero nihil est eorum (rerum) quae hi accusant me, nemo potest me ellis donare. Caesarem appello.”

“Caesarem appellasti? Ad Caesarem ibis”.

(Angelo) **“Ne timeas, Paule, Caesari te oportet adsistere et ecce donavit tibi Deus omnes qui navigant tecum”.**

“Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Jesu Christi in quo est salus, vita et resurrectio nostra; per quem salvati et liberati sumus”.

Ecce Roma!

Paulus autem mansit biennio tot in suo conducto, et suscipiebat omnes qui ingredieba(n)tur ad eum praedicans regnum Dei et docens quae sunt de Domino Jesu Cristo cum omni fiducia sine prohibitione.

“Cristus factus est pro nobis oboediens usque admortem, mortem autem crucis.”

“Tolle, tolle eum; tolle de terra huiusmodi: non enim fas est eum vivere!”

**Te martyrur candidatus laudat exercitus.
Te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia.**

“Isti sunt viri per quos tibi Evangelium Christi, Roma, resplenduit”.

O Roma felix, quae duorum principum es consecrata glorioso sanguine. Horum cruore purpurata, ceteras excellis orbis una pulchritudines.

“Vuoi salire a Gerusalemme e là essere giudicato di queste cose davanti a me?”

“Mi trovo davanti al tribunale di Cesare, qui mi si deve giudicare. Ai Giudei non ho fatto alcun torto; se dunque sono in colpa o ho commesso qualcosa che meriti la morte, non rifiuto di morire; se invece non ho fatto nessuna delle cose di cui mi accusano, nessuno può consegnarmi a loro. Mi appello a Cesare”.

“Ti sei appellato a Cesare? Da Cesare andrai”.

(Angelo) **“Non temere, Paolo: tu devi comparire davanti a Cesare, ed ecco, Dio ti ha fatto grazia di tutti i tuoi compagni di navigazione”.**

“Quanto a noi, non ci sia altro vanto se non nella Croce del Signore nostro Gesù Cristo, nel quale è la salvezza, la vita e la resurrezione nostra, e per mezzo del quale siamo stati salvati e liberati”. (Gal 6,14)

Ecco Roma!

Paolo trascorse due anni in una casa che aveva preso in affitto e accoglieva tutti venivano a lui, annunciando il regno di Dio e insegnando le cose riguardanti il Signore Gesù Cristo, in piena libertà e senza proibizioni. (Atti, 28,30)

“Cristo si fece obbediente fino alla morte, e alla morte di croce”. (Fil,2,8)

“A morte! A morte! Non merita di vivere”!

“Ti loda la schiera dei martiri. La santa Chiesa proclama la tua gloria per tutta la terra. (dal Te Deum)

(Angelo) **“Questi sono gli uomini per mezzo dei quali, Roma, rifulse per te il Vangelo di Cristo”.**

”O Roma felice, che sei stata consacrata dal sangue glorioso dei due Apostoli! Imporporata dal loro sangue, tu superi tutte le altre bellezze del mondo!”

(Vespri del 29 giugno)